



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. III. De Confessariis Principum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

& dispositionem accipiatur , Superiores concedere facultatem nequeunt. <sup>x</sup>

<sup>x</sup> C. 6. D. 21.

& C. 12. D. 39.

& Or. c. 4. §. 9.

*Cum moribundis quid praestandum,*

8. Qui vocantur ad juvandos eos , qui morti vicini sunt , ea in promptu habeant ; quæ eo tempore , in quo tantum est momenti , usui esse possint : tamdiuque illis adsint , quamdiu sola necessitas postulabit : et si , cuim opus est , ægrotos ad condenda testamenta hortari conveniat , iis tamen conficiendis non assistant . <sup>y</sup> Tempore pestis designandi , qui proximis juvandis va cent. <sup>z</sup>

<sup>y</sup> P. 4. c. 8. §. 7.

& G. & R. Sac.

<sup>z</sup> 8.

<sup>z</sup> R. Prov. 99.

9. Quia verò in parvis Collegiis questi sunt aliqui , non satis esse occupationum pro Sacerdotibus ; legenda Instructio quarta , ubi plures indicantur , quibus ubique Sacerdotes utiliter tempus impendant . <sup>a</sup>

*Otium vitandum.*

<sup>a</sup> Inst. 3. §. 15.

& Cl. c. 1. tit.

<sup>z</sup> §. 4.

### S E C T I O III.

#### De Confessariis Principum.

1. IN Persona diligenda ( si quando id officium declinari nequeat ) hoc servandum est ; ut , qui à Principe expetitur , quamquam se paratum poscenti respondeat , rem tamen integrum Provinciali reservet . Cujus erit ( si modo hominem idoneum reputat ) priusquam potestatem faciat ,

*Quomodo designandi.*

*b. Or. c. II. §. 1. & 14.* ciat, Principi modestè quidem, sed perspicuè significare, qua lege nostrorum operam illi commodare fas sit. *b*

*Confessarii obligations erga se.*

*2. Jam verò Confessarius sic designatus ita se gerere debet, ut res aulicæ ejus spiritum non relaxent. Quare majore etiam cura, quam ceteri, studio Orationis se dedat; disciplinæ domesticæ, & vite communis se prorsus attemperet; paupertatem retineat; obedientiam exactè servet; expeditque, si in adjuvandis Proximis, reliquorum more, se exerceat. Diversari, aut pernoctare in Aula non poterit; quibus in locis Domicilium Societatis fuerit; quod si hoc alicubi nullum sit; curet, ut apud religiosos viros, aut honestum Sacerdotem extra Aulam, nec sine Socio, commoretur.*

*c Or c. II. §. 1.  
2. 3. & 10. II.  
13. & C. 6. D.  
21.*

*d C. 2. D. 40.*

*Erga Princi-  
pem.*

*e Et universè assignari non debet ex nostris ullus, qui Aulas sequatur; nisi forte ad per breve tempus unius, vel duorum mensium. *d**

*3. Erga Principem modestia, ac libertate religiosa utetur. Igitur externis, ac politicis negociis ne se implicet; ne Aulam nimis frequentet; non interponat suam operam ad compositiones ineundas, & similia; nec suam potentiam apud Principem ostentet; verum si qua est, potius dissimulet. Ceterum convenit, ut Principi*

*li-*

liberè significet, quæ Divinum obse-  
quiūm dictaverit, etiam si ab eo nihil re-  
scierit, sed aliunde comperta sint. <sup>e</sup>

<sup>e</sup> Or. c. 11. § 4.  
§. 6. 7. 8. 9. &  
C. 5. D. 47. 48.  
& 79. 80.

4. Quoad Societatem attinet, illud cu-  
ret; ut huic potius, quam sibi, Principis tem.  
benevolentiam conciliet; ejusdemque ani-  
mum sic affectum retineat; ut quando-  
cumque Superiores judicaverint expedire  
ipsius mutationem, prona omnia nancis-  
cantur. <sup>f</sup>

<sup>f</sup> Erga Societas

<sup>f</sup> Or. c. 11. § 6.  
12.

#### S E C T I O   I V .

##### De Eucharistia, reliquis Sacramentis, & Reliquiis Sanctorum.

1. **E**Ucharistiam in suis Ecclesiis Socie-  
tas servare potest. Quod cum de-  
center fieri debeat: sit clavi obserata, &  
saltē decimoquinto quoque die innove-  
tur. Poteruntque Nostri eam quibuscum-  
que Christi Fidelibus ad eas accendentibus  
impertiri; excepto tamen die Paschatis, &  
mortis articulo, nisi necessitas urgeret. <sup>g</sup>  
Quare nostri Sacerdotes admonere illos  
debent, qui sibi confitentur, à Dominica  
Palmarum ad Dominicam in Albis inclu-  
sive, debere semel in sua Parochia com-  
municare, exceptis iis, quos jus excipit. <sup>h</sup>

<sup>Eucharistia ser-  
vanda, & qua-  
tenus adminis-  
tranda.</sup>

<sup>g</sup> Paul. III. p.  
49. & P. 7. c.  
4. §. 5. & R.  
Præf. Eccl. 16.

<sup>h</sup> P. 7. c. 4. D.  
& R. Sac. 27.  
& R. Præf.